



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

4. Commissarius quando exequatur volu[n]tatem testatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

† Tertio exequetur legitimus, quando execu- 3
 tor, vnus, vel omnes nō exequuntur impotentia
 facti: quia sunt absentes: vel impotentia iuris,
 quia sunt banniti, vel excommunicati. nam si-
 ue hoc allegetur & opponatur per ipsos lega-
 tarios, vel alios: siue per neminem, dominus
 episcopus ex mero suo officio habebit eos pro
 exclusis: & per se exequetur, vel alius ex su-
 pra dictis legitimis: vt l. nulli. §. 1. & 2. & 3.
 & l. si quis ad declinandam. §. 1. C. de episc. &
 cle. & no. Specu. in §. nunc aliqua. ver. Item
 quid si executor. & ver. quid si alter. & no.
 in c. nos quidem de testament. fa. c. sciscita-
 tus de rescript. & l. fin. C. de contrahen. em-
 ptione.

† Quarto, exequitur commissarius legiti- 4
 mus: quando executor testamentarius ante-
 quā exequeretur, est mortuus. & idem si
 plures dati omnes sint mortui: vt in authen.
 de eccl. titu. §. sin autem, qui facere l. nulli §. 1.
 C. de episc. & cler. c. tua de testamen. & plac.
 Spe. in §. nūc aliqua. ver. sed pone quia prius in
 fi. Alij verò putant, † quod imò hæres exequetur: 5
 ar. l. si quis. in fi. ff. de test. tut. & §. si quis
 I 4 in adi.